

Auf f. 89 beginnt unmittelbar nach den Privilegien des Schottenklosters und von derselben Hand, ohne Ueberschrift, ein Auszug der Annales Mellicenses bis 955, wo nach der kurzen Notiz über die Schlacht auf dem Lechfelde eine höchst fabelhafte Legende von S. Ulrich eingeschoben ist, deren Anfang, welcher ihn mit Attila in Verbindung bringt, ich hier folgen lasse ¹⁾:

Item cum rex Hunorum Atyla cum Ungarorum multitudine devastaret Alamaniam et Colonie xj milia virginum martirio consummasset, et multorum christianorum ac sanctorum sanguinem effudisset²⁾, inter quos quendam episcopum prope Renum in civitate quadam obsederat. Qui cum ab eo causam sue tyrannie³⁾ quereretur, respondit se esse flagellum Dei. 'Unde eius flagellum debeo merito sustinere'. Subjungens: 'Me pignus pro meis omnibus tibi trado'. Et egressus civitatem ipsum adiit. Qui speravit personam captivitatem occupare posse facere, et vir sanctus sibi verbum Dei non sineret predicaret (sic), ipsum martirio consumavit. Veniens itaque vir dyabolicus Augustam, putans per vilem astuciam posse episcopum captivare, mandat sibi se esse flagellum Dei. 'Et licet ego sim servus Dei, tamen non merui flagellari. Deus enim noster dominus et pater per gratiam specialem me et meos subditos⁴⁾ in nostris confratribus et sororibus christianis per te flagellum jam satis acriter et sue misericordie ad sufficienciam flagellavit. Unde ad instar pii patris virga suum dilectum puerum corrigentis⁵⁾ vult deflagellare, sive virgam nobis pro consolacione in manus nostras tradere, ut in te verbera⁶⁾ nostra vindicando⁷⁾ te confirmemus⁸⁾'. Quod audiens vir quidam nomine Sebal nimio furore civitatem inpugnaturus agreditur, volens eam vi capere et episcopum et suos omnes ore gladii devorare. Sed vir Dei tamquam miles strenuus non clipeo nec galea seu armis ferreis, sed sub vexillo victoriosissimo signo sancte crucis sagittariorum majoribus periculis se exposuit. Sed sagitte paganorum retrorsum abeunt. Jacula vero christianorum ac lapides⁹⁾ veniunt in directo. Unde ex eis multi occiduntur et quam plurimi vulnerantur. Quod cernens vir dyabolicus de armis sciscitat viri Dei, quem cum senem¹⁰⁾ esse reperit et non ferreum, elegit x milia sagittariorum, qui tantum studuerant ac juraverant tangere virum Dei. Qui cum satagunt mandatis regis ac jussibus (sic), quilibet eorum reflexo proprio jaculo

1) Die offenbar fehlerhaften Worte der Hs. setze ich hierher, grössere Verderbnisse oder ursprüngliche Fehlerhaftigkeit, wie gleich der erste Satz keinen Nachsatz hat, lasse ich unberührt. 2) effudissent. 3) tyraune. 4) subditos confratres in. 5) corrigentes. 6) verba. 7) vindicanda. 8) confirmamus. 9) l. paganorum sive a paganis v. 10) que eum seriem.